

ΕΦΗΜΕΡΟΣ
SIVE
EODEM. DIE. ENATVS
ET. DENATVS
LABOR
LVCINA. FOVENTE
LIBITINA. FAVENTE
AD
ILLVSTRATIONEM
ROMANO-HISPALENSIS
LAPIDIS. ANTIQVI
OBSTETRICE. POLLINCTORIA
MANV
D. LAVRENTI. RAMIREZ
DE. PRADO

D. ALFONSO RAMIREZ,

MAGISTRO DE PRADO

IN CONVENTU HISPALENSI

REGIO AUDITORI

FRATRI MEO

D. LAURENTIUS RAMIREZ

DE PRADO S.P.D.



Pistolis Tuis non solum Fraternali necessitudinis plenis, sed Variâ Eruditione repletis, ita gaudeo, ut Tabellariû meritò incusem; quanvis Pinnulis, & Mercurii Caduceo, volanti magis, quàm currenti adsimilis, iter conficiat suum. felici diplomate eum uti anxie cupio, desidero vehementer. Quid ni? cum Epistola, Animi *Vindex*, & *Index* sit: & ut Antiqui in anulis Imagines *Amicorum* peregrè abeuntium gestabant, quo se moestos paululum erigerent, & recrearent; ita ego tuas Litteras, quanvis utramque manum adimpleant, volvo, & revolvo læpius. *Imagines nobis Amicorum absentium* (scripsit Seneca ^A) *juvundae sunt, quae memoriam renovant, & desiderium absentiae, falso, atque inani solatio levant.* Gemmis perlucidis Omnigenae Doctrinae ornantur: Iure-consultorum Tessellatis Responsis splendent; denique Antiquae Historiarum Cognitionis Mulivo Opere micant. Hinc est, puto, tam Tibi caetera manus, ut de Stella dixerat olim ^B Martialis Noster. Munus, seu *μνημόσυλον* afferunt, inserto Lapidis ornatum, ex illa veneranda, & nunquam satis laudata Divi Isidori antiqua Domu, Tuâ erutum diligentia; ut ipsi etiam Lapidis Aeternitatem cogitare loquantur, & Vitam hanc contemnere Mortalem, Mortales Nos doceant. Leg. Inscriptionem, cujus exemplar tale:

Epist. XL.

Lib. V. Epig. XI.

E P H M E R O S

S I V E

E O D E M D I E E N A T V S

E T D E N A T V S

L A B O R

I N C I N A F O V E N T E

L I B E R T I N A E V A L E N T E

A D

I L L V S T R A T I O N E M

R O M A N O - H I S P A L E N S I S

L A P I D I S . A N T I Q V I

O B S T R I C T I O N I S

M A N V

D E P R A D O

D E P R A D O

LAPIDIS ANTIQVI

CAIVS. MARTIVS. APILVS
 MAGISTER. LARVM. AVGVSTORVM
 ET. CAESARIS. AVGVSTI
 HIC. SITVS. EST
 IN. F. P. XX
 IN. AG. P. XX

Nihilq; suavius duxi in hac Funebris Annuae Mortuorum Commemorationis die, quam explicationem Tibi mittere, in carissimae erga Te Dilectionis Tesseram.

Apud Romanos olim Sepulcra, alia *Privata*, alia *Publica* fuere. *Privata*; alia, quae haeredes sequebantur; alia, quae eos arcebant. Sic Gajus I. C. *Familiaria Sepulcra dicuntur, quae quis sibi, Familiaeque suae constituit: haereditaria autem, quae quis sibi, haeredibusque suis constituit.* Vnde Vulgaris illa Formula, & in Marmoribus, litteris initialibus, exarata
 H. M. H. N. S

Id est: *Hoc Monumentum Haeredes Non Sequitur.* una vero demta

H. M. H. S

Id est: *Hoc Monumentum Haeredes Sequitur.* Quae quidem Sepulcra propter Viam posita, ut precationis locum teneret Manium salutatio. Sic Romae, ex Inscriptionibus Iani Gruteri

D. M.

VIRIAE. PRIMITIVAE

CONIVGI. DVLCISS

HAVE. DOMINA. VALE. DOMINA

Et alibi:

HAVE. HAVE

HEROTION

ET. VALE

AETERNON

Me

ILLVSTRATIO DIARIA

3

Melius, & expressius:

T. LOLLIVS. T. LOLLII. MASCVLVS

IIIIVIR. BONDICOMENSIS

HIC. PROPTER. VIAM. POSITVS

VT. DICANT. PRAETEREVNTES

LOLLI. VALE

Quae Pietas non solum verbis, sed re, à Viatoribus commendata. Quintilianus testatur, in haec verba: *Ignotis eadaveribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus, nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantulocumque veneretur aggestu. atque iterum; Nobis [Rerum Natura] adversas exanimis genuit, non solum Miserationem, quae cogitationi nostrae subit; sed etiam Religionem. Inde ignotis quoque corporibus transeuntium Viatorum collatitia sepultura. Inde iniecta ab alienis humus.* Huc alludit Horatius:

Quaquam festinas, non est mora longa, licebit,

Iniecto ter pulvere, curras.

Dixi ad S. Orientium in *Monitorio* inter Notas Doctissimi Martini Antonii Delrii, heu quondam mei! Aliam deduxit rationem, equidem non minus aptam Varro: *Momenta enim (ait) in Sepulcris secundum viam sunt, quae praetereuntes admoneant, & se fuisse, & illos esse MORTALES.*

Hinc in Cippis, qui Columnae erant, Defunctorum Voluntas apparebat; & Pedum numerus designabatur in Fronte; hoc est, in limite Agri, Viae cohaerenti, hisce Litteris:

IN. F. P. XX

id est: *In Fronte Pedes viginti.* Atque eodem modo Pedes, quos Sepulcrum in Longitudinem occupabat, aliae ostendebant Litterae:

IN. AG. P. XX

In Agro Pedes viginti. Vtrumque comprehendit, dum, uti solet, perstringit falsè Gratidiam, quam Canidiam vocat, Horatius:

Hoc miserae Plebi stabat commune Sepulcrum,

A 3

Pan-

Pag. 413. n. 5.

Declamatione V.

Declamatione VI.

Libro I. Ode XXXIX.

Num. 132.

Lib. 5. de Lingua Latina.

Lib. I. Satyra VIII.

In L. Familiaria. V. D. de Religiosis & sumptibus funerum.

Pag. 840. n. 8.

Pag. 1113. n. 2.

*Pantolabo Scurrae, Nomentanoque nepoti,
Mille Pedes in Fronte, trecentos Cippus in Agrum
Hic dabat.*

Vetus Interpres, IN FRONTE, explicat, in Latitudine; IN
AGRUM; in Longitudine.

Quae designatio nō abs re facta; nam cū totus Locus;
qui sepulturae destinatus, nō Religione teneretur, sed qua-
tenus corpus humatum erat, ut Celsus N I. C. testatur;
vel si diversis in locis membra sepulta essent, ubi princi-
pale conditum, caput scilicet O; idēd ne Religio occuparet
solum, in quo Monumentum conspicietur aedificatum,
definiri plerumque solebat modus, spatiumque Loci Reli-
giosi, ut quid purē relinqueretur, scirent.

Ecce jam explicatas ultimas duas lineas; supremas ac-
cipe:

In interiori parte Domus (Domus, scilicet, interioris,
de qua Virgilius P:

At Domus interior regali splendida luxu.)

venerabantur LARES; & Locus, LARARIUM dicebatur; ubi
Romani etiam Lectum habebant, Imaginesq; eorum, quos
ardentissimo amore prosequerentur. Omne id ex Flavio
Vopisco in vita Floriani Imperatoris facile evincitur, cu-
jus sunt verba: In LARARIO Dii omnes, seu Terrae-motu, seu
casu aliquo conciderunt. Imago Apollinis, quae ab his colebatur, ē
summo fastigio in lectulo posita, sine cujuspiam manu deprehensa
est. In LARARIO igitur Imagines appensae, ē sublimi, & ex-
celso aliquo loco à Floriano, & Tacito cultae, & Apollinis
Imago supra lectum decidere, ubi invenerunt collocatam.
Lectum ergo & Lares, in uno eodemque Cubiculo; Imagi-
nesque cubicularies ibidem. De Imaginibus Suetonius Q in
Caligula, agēs de Germanici liberis. Duo infantes adhuc rap-
ti, unus jam puerascens insigni festivitate, cujus effigiem habitus
Cupidinis in Aede Capitolinae Veneris Livia dedicavit, Augu-
stus in Cubiculo suo positam, quotiescumque introiret, exosculaba-
tur. Hinc lux Plinio R: Iidem Palaestras Athletarum Imagi-
nibus & ceromata sua exornant; & vultus Epicurii per Cubicu-
la gestant, ac circumferunt. Fax item Suetonio S: Thurinum

rogominatum, satis certa probatione tradiderim, nactus pueri-
lem Imagunculam ejus aeream veterem, furreis, & parē jam
exolescentibus litteris, hoc nomine inscriptam; quae dono à me
Principi data, inter cubicularies colitur. De LARIBVS celebris
extat locus D. Augustini T: Parcatar humanae verecundiae,
peragat coetera concupiscentia carnis, & sanguinis, procurato se-
creto pudoris. Quid impletur cubiculum turba Numinum, quando
& Paranympbi inde discedunt? Descendat iterum in are-
nam Plinius V, qui apertē sensit de his. Omnia jam (mala-
cotonea scilicet, & strutha) & virorum saluatoris Cubili-
bus inclusa, Simulacris noctium conscis, imposita. De Alexandro
Imperatore appositis imē ad rem Lampridius: Illum matu-
tinitis horis in LARARIO suo, rem Divinam facere solitam; in quo
& Divos Principes, sed optimos electos, atque Animas sanctiores.
in quibus & Apollinem, & CHRISTVM, Abraham, & Orpheum
habebat. Vtrumque morem comprehendit Suetonius X, qui
refert Vitellium Imperatorem inter LARES, aureas colui-
se Narcissi, & Pallantis Imagines. Ex his fortē venit sanan-
dus idem Auctor Y. Minervam (ait) quam superstiosē cole-
bat, somnia vitē excedere sacrario [lege LARARIO] negantem se
ultra tueri eum posse, quod exarmata esset à Iove.

In Custodiam LARVM ponebantur Pueri. Iterum Sue-
tonius Z, & est mihi saepē vocandus: Puer, qui curat LA-
RVM, Cubili ex consuetudine assistens, interfuit caedi, hoc am-
plius narrabat. Hi Pueri sub Decurione erant. Idem ibidem,
Decurio Cubiculariorum (ejus sunt verba) & quidem à Gladia-
torio Ludo, vulneribus septem contrucidaverunt. Lapis etiam
Romae in domu Cavaglierorum A:

HVMNVS. CAESARIS, AVG

VOLVSIANVS

HERMAPHILI. HYMNI. LIB. F

DECVRIO. LARVM. VOLVSIANORVM

SCANTIAE. PRISCAE. CONIVGI

CARISSIMAE. ET. SIBI

Qui

N
In L. II. D. de re-
ligiosis, & sum-
tibus funerum.

O
I. C. in L. in di-
versis. 44. D. de
religios. & sum-
tibus funerum.

P
Lib. I. Aeneidos,
vers. 637;

Q
Cap. VII.

R
Lib. XXV. Na-
tural. Hist. cap.
II.

S
In Augusto. cap.
VII.

Lib. VI. de Civi-
tate DE I. cap.
IX.

Lib. XV. cap. XI.

In Vitellio cap.
II.

In Domitiano
cap. XVII.

In Domitiano
cap. XVII.

Apud Gruterum
pag. 319. n. 95

Qui quidem **MAGISTRVM** habuerunt, de quo duplex **Lapis** apud **Lipsum** ^B:

M. FABIO

ASIATICO

SEVIRO

MAG. LARVM. AVG

L. POMPEIUS

SEVERINVS

AMICO OPTIMO

L. FLAVIO. CHRYSOCONO

SEVIRO. MAG. LARVM. AVG

L. FLAVIVS. SILVINVS. LIB

SEVIR. MAG. LARVM. AVG

ET. Q. CORNELIVS. SILVINVS

SEVIR. ET

CORNELIA. FESTIVA

PATRONO. INDVLGENTISSIMO

Hoc igitur exercebat **Officium CAIVS MARTIVS APILVS**. At **Caesaris Augusti Larum** curam habuisse, praeter **Larum Augustorum** curam, in nostro constat incilum **Lapide**, quod neminem (absit invidia verbum) interpretari inveni, quanvis sedule libros evoluerim, imò anxie fatis. & si fas mihi conjectari, & collimare liceat, scopum attingisse praesumã. **Lares** namque & proprii **Affectus**, & **Dignitatis** habebant **Imperatores**. Patet id, non oscitanter legenti **Romanas Historias**. Vnum pro cunctis sufficiat adduxisse locum **Iulii Capitolini**, in **Antonini Pii Vita**, & **M. Antonini Philosophi** **AA.** qui in signum translati **Imperii**, **Simulacrum Fortunae Regiae**, quod in **Cubiculo Imperatores** de-

cedentes habebant, mittebant **SUCCESSORIBUS**, de **Antonino Pio**: *Tertia die cum se gravari videret, M. Antonino Republicam, & Filiam, praesentibus Praefectis, commendavit; FORTYNAMQUE Auream, quae in Cubiculo Principum poni solebat, transferri ad eum iussit; Signumque Tribuno Aequanimitatis dedit, atque ita conversus, quasi dormiret, Spiritum reddidit apud Lorium.* Idem refert de **M. Antonino Pio**, in **M. Antonini Philosophi Vita**. *Ob hoc cum Antoninus Pius, cum sibi adesse Finem videret, vocatis Amicis, & Praefectis, ut Successorem Eius Imperii omnibus commendavit, atque firmavit: statimque Signo Aequanimitatis Tribuno dato, FORTYNAM Auream, quae in Cubiculo solebat esse, ad Marci Cubiculum transire iussit.* **Aelius Spartianus** tertias fert, in **Severo Imperatore**, his verbis: **FORTYNAM** inde **Regiam**, quae **comitari Principes**, & in **Cubiculo** poni solebat, **geminari** statuerat, ut **Sacratissimum Simulacrum**, utrique relinqueret **Filiorum**.

Iam **LARES Augustorum** agnosce; jam **Divi Augusti** dignosce **LARES**, ut contendas **Religionem Muneris** **Religione Personae**. Duas enim habet **Princeps**, **Organicam**, & **Intellectivam** (sic **D. Baldus**) **Alteram** communem cum ceteris **Hominibus**, qui eandem hujus **Vitae** conscenderint **Navem**; **Alteram**, quã **Gubernator** est, & **fruitur Potestate**; ita **Seneca** ^F. In **Regibus** erga **Res** etiam **Sacras** haec discrepantia **obvia**; non tamen ad id **obvius** ^F **Deuteronomii** **Locus**, ubi praecipitur **Regem** scribere debere **DEUTERONOMION** **Legis**. *Postquam autem sederit in Solio Regni sui, describet sibi DEUTERONOMION [ex LXX Interpretum, & Vulgati Editione] Legis hujus in volumine; accipiens exemplar à Sacerdotibus Leviticae Tribus, & habebit secum: leget illum omnibus diebus Vitae suae.* In **Hebraeo**, ubi **Vulgatus** vertit; **DEUTERONOMION**, scribitur **משנה Misneh**, id est, **Duplum**. quod interpretatur **Liber Sanhedrin**, ubi de **Synedriis**, **Iudiciis**, **Suppliciis Capitalibus** **Hebraeorum** ^G, sic: *Atque ad id Rex tenetur scribere, non etiam Idiota. Idiota non opus habet gemino Legis exemplo. At enim, ut traditione accepimus, quod de Rege dicitur: Scribetque sibi Iterationem, &c. exigat, ut duo Legis exempla, in usum suum scribat, quorum alterum cum Ipso prodeat, & revertatur domum; alterum in Archi-*

In Inscriptionibus pag. 157. n.

3.

Eadem pag. 157. Secundus C:

n. 3.

Conf. 159. n. 5. vol. 3.

Epist. LXXXIII

Cap. XVII. num. XVIII.

In Titulo de Synedriis. cap. II. n. XII.

^H via repositum maneat: & iterum ^H: Quid igitur faciam illo:
^I Permutationem Legis hujus? Tu intellige duo legis exem-
^I pla, quorum alterum in Archivis habeat reconditum; alterum
^I secum afferat, & domum referat: atque hoc ipsum litterarum, &
^I membranarum subtilitate ita concinnum habebat, amuleti instar,
^I ut vel brachio appendere commodè posset. Doctissimus P. Ioan-
^I nes Mariana ^I ita, strictim, ut sui moris est, notat: *Hebraei*
^I intelligunt, ut duo exempla describeret *Rex*; alterum, ut secum
^I ferret; alterum, ut in *Tesauris* deponeret. P. Saa ^K eadem pre-
^K mit vestigia, & Ioannes Baptista Villalpandus ^L è Socie-
^L tate *IBSV* illustris Triga; Ianus Drusius subscribit: *Habe-*
^L *bat autem, teste Rabbi Salomone, duos libros Legis; unum, qui*
^L *repositus asservabatur in Archivis; & alium, quem secum porta-*
^L *bat.* Dixerat prius *Lyra* ^M; quanvis *Eruditissimo* Ioanni
^M *Lorino* ^N displiceat haec interpretatio; non tamen, ut au-
^N tumo, cum ratione. Vox enim *מישנה* *Misneh*, *Duplica-*
^N *tum* sonat; & cum sequatur, *Legis huius*, minimè potest *ר*
^N *Misneh*, *Librum Deuteronomii* significare, nam redundaret
^N *à Legis huius*, si in *Misneh*, *Sacra Scriptura* antea dixisset
^N *idem*. *Vulgatus* verò *Interpres* optimè *DEUTERONOMION*
^N *Legis huius* transtulit; quasi moneat, ut *Describat Rex* *se-*
^N *cundam Legem Legis huius*; hoc est, *duplex exemplar huius* *Le-*
^N *gis*. *Septuaginta Interpretes* innuunt clarè: *Καὶ γὰρ ἴα ἀδὲρ*
^N *ἰδὲ δευτερονόμιον τὸ εἰς βιβλίου: & scribet sibi* *DEUTERO-*
^N *NOMION hoc in Libro*. *Non transtulere; Scribet sibi hoc* *DEV-*
^N *TERONOMION huius Libri*; sed *DEUTERONOMION hoc in Li-*
^N *bro*; id est, *duplex exemplar Libri huius*.
^N *Non inficias* it, suffragatur potiùs, *Veteres* habuisse *LAR-*
^N *ARIUM duplex*: *Sanctoribus* dicatum unum; alterum
^N *verò Minoribus*; quasi discriminantes *Religionè*, & *Devo-*
^N *tionem* erga *Lares*. *Aelius Lampridius* sic scriptum relin-
^N *quit* ^O: *Virgilium autem, Platonem Poëtarum* vocabat; eiusque
^O *Imaginem cum Ciceronis Simulacro*, in secundo *LARARIO* ha-
^O *buit, ubi & Achillis, & magnorum Virorum.* *Alexandrum* verò
^O *Magnum inter Divos, & Optimos*, in *LARARIO* *Magore* conse-
^O *cravit*. De quibus paulò antè dixerat sic: *Vsua* *vivendi* *eidem*
^O *hic fuit*; *primùm* *ut facultas* *esset*; *id est, si non cum uxore cubuis-*
^O *set, matutinis horis, in* *LARARIO* *suo* (in quo & *Divos* *Princi-*
^O *pes,*

^O *pes, & Optimos electos, & Animas sanctiores, in quibus, & Apol-*
^O *lonium, & quantum Scriptor suorum temporum dicit, CHRIS-*
^O *STVM, Abraham, & Orpheum, & huiusmodi DEOS habebat) Rem*
^O *Divinam faciebat.*

^O *Alia sese offert non inconcinna interpretatio* (ut omnem
^O *Lapidem* *moveam*) *beneficio Doctissimi, & Praestantissimi*
^O *Viri, Polymathiae Cultoris Maximi, imò Parentis, D.*
^O *Ioannis Solorzano Pereira, PHILIPPO. IV. MAGNO*
^O *Regi Nostro à Consiliis, quam, digito, tanquam ad fontem*
^O *intenso, mihi demonstravit, & ipse scintillulis illustrare co-*
^O *natus sum. Ea est. Et si Omnes universim Imperato-*
^O *res, CAESARES appellati sint, hoc tamen Nomen Impera-*
^O *toribus designatis, & futuris Imperii Successoribus, extin-*
^O *ctà jam CAESARVM Familià, tribui solebat. Atque ita, po-*
^O *sterioribus temporibus, CAESARVM appellatio, non Fami-*
^O *liae, sed Dignitatis fuit. Docet Aelius Spartianus P his ver-*
^O *bis: Aelius Verus ab Adriano adoptatus, nihil habet in sua Vita*
^O *memorable, nisi quòd tantum CAESAR est appellatus, non te-*
^O *stamento, ut antea solebat; neque eo modo, quo Trajanus est ado-*
^O *ptatus, sed eo propè genere, quo, nostris temporibus, à vestra Cle-*
^O *mentia [loquitur de Diocletiano] Maximinianus, atque*
^O *Constantius, CAESARES dicti sunt; quasi quidam Principum*
^O *Filii viri, destinati Augustae Majestatis heredes. A Constantio*
^O *item Iulianus ejus Patruelis Galli Caesaris Frater, CAE-*
^O *SAR fuit vocatus, eique Soror altera Constantii Helena, in*
^O *matrimonium data. in Ammiano Marcellino Q lege, qui*
^O *sub persona Constantii, Populo alloquentis, ita inquit: In-*
^O *lianum hunc Fratrem meum Patruelem, ut nostis, verecundia,*
^O *qua Nobis, ita ut necessitudine carus est, rectè spectatum, jamque*
^O *elucens, industriae Iuvenem, in CAESARIS adhibere potesta-*
^O *tem exopto, coeptis, si videntur utilia, etiam vestra concessione*
^O *firmendis. Testatur ipse Constantius Imp. R hoc idem: Aut*
^O *enarrandis somniis occultans (respondit) Artem aliquam divi-*
^O *nandi, aut certe aliquid horum simile exercens, in comitatu meo,*
^O *vel CAESARIS, fuerit deprehensus. Cōtestatur ἐπιγραφή. Idem*
^O *Augustus [Constantius] & CAESAR [Iulianus] ad Taurum*
^O *Praefectum Praetorio. Basis etiam antiqua apud Onuphium*
^O *Panvinium s;*

^P *In Aelio Vero.*

^Q *Lib. XV. Histor. post mediū pag. 52.*

^R *In L. Et si exce-pta. VII. C. de Maleficis, & Mathematicis.*

^S *In Commentar. ad lib. II. Fasto- rum. pag. 410.*

DO.

LAPIDIS ANTIQVI

DOMINO. NOSTRO
CLAUDIO. IVLIANO
NOBILISSIMO. AC

FORTISSIMO. CAESARI

MEMMIVS. VITRASIVS. ORFITVS. V. C

ITER. PRAEF. VRBI. IVD. SAC. COG

TERTIVM. D. N. M. Q. EIVS

T
In L. Fiscus. VI.
§. fin. D. de iure
Fisci.

V
In L. Princeps
legibus. XXXI.
D. de legibus.

X
Lib. XV. Observ.
XXX.

Y
L. Filiae licet in
Sacris, C. de col-
lation. ubi Gloss.
L. Adversus. C.
de Crimine expi-
latae haered. Al-
cias. lib. 1. Prae-
termiff. Bris. lib.
17. de verb. sign.
verb. In Sacris.
Raeward. lib. 2.
Conjectur. c. 11.
Doctiff. Noster
Ioan. Solorzano
Pereira lib. II.
de Parricid. cap.
II. p. 109.

Z
Cicero lib. II. de
Legibus ex Lege
XII. Tabulariū.
Sacra privata
perpetua manē-
to.

Ab eadem venit dealbandus fidelia I. C. Vlpianus, dū Fisci Privilegiū, quod *Augusti* est Imperatoris, & CAESAREM, & *Augustam* comprehendere fatetur T: *Quodcunque Privilegii Fisco competit, quod idem & CAESARIS ratio, & Augustae habere solet.* Vides *Augustum*, & CAESAREM, non eundē esse; sed Filium Imperatoris, vel alium ad Purpuram Designatū, qualis hodie Rex Romanorū apud Germanos dicitur? Vides *Augustae* tribui Privilegia, quae Ipse habebat *Augustus*, ut alibi V reperitur scriptum, quod de Legibus Caducariis, Iulia, & Pappia Poppaea (quae κατ' ἐξουίαν LEGES dictae) intelligendum, praeunte Iacobo Cujacio X, censeo.

CAIVS ergo MARTIVS APILVS Augustorū Larū Magister fuit, & CAESARIS, designati Imperatoris *Augusti*, qui, licet Filius esset Imperatoris, & ideo in Y Sacris, & Laribus Paternis constitutus, alios poterat, jam emancipatus, non Avitos, qui Z perpetui erāt, sed sui Affectus habere. Si tamē non Filius Imperatoris; sed alius erat Designatus in Imperium, CAESARq; dictus, Avitos, propriosque, ab Imperatoris Laribus diversos, potuisse colere certum est. Denique cum non constet, quo in tempore hanc incisam esse Inscriptionem, & non liqueat de quo Imperatore, & CAESARE in ea mentio facta sit, Andabatarum more digladiamur.

Haec sunt, quae tumultuariē, & quasi aliud agens, exarare potui, Publicis implicitus Negotijs, quae nec ferre, nec recusare valeo; Primum humerorum proponit meorum in-valentiam; Secundum conatum, quanvis erga Rem publicam, pro viribus exiguum, indicat apertē. Tu vale, meque, si vacas amari, amare perge. Vale iterum. Madridii. Postridie Kal. Nov. Anno. MD. LXX. XXXIV.